

ab apertione^a quarti signaculi habuerunt exordium, et sub sexto et septimo fortius ventilabunt, ita draconis cornua ab ipso primo signaculo inceperunt factura^b usque ad sextum simul^c et septimum ea mala, que non fuerunt^d a principio neque^e fient. *Draco*, inquit¹, *dedit virtutem^f suam et potestatem^g* bestie precedenti, ex quo conicitur^h, quod heres tuus Saracenisⁱ adherens regnum Ierusalem^k veteris^l conteret et, quod maius est, de longe venientes^{m, 2} populos super terram Emmanuelis^{n, 3} inducet. *Ungule^o*, inquit⁴, *equorum eius ut silex, et rote eius quasi impetus tempestatis. Vox eius ut mare sonabit⁵*. Abyssus et mare idem signant^p; de quo^q bestia in populorum multiplicitate conscendet^r, nisi forte quia, quod imperabit princeps imperii, exequetur tunc temporis rex abyssi⁶. Et Merlinus⁷: *In^s tempore suo mare sanctorum sanguine rutilabit*, et Apoc.⁸: Venit et stetit draco^t super arenam^u maris. Arena maris^v modo aquis salsis infunditur^w, modo solis ardoribus exsiccatur; falsos utique Christianos significat, qui^x et imperii^y molestias sustinent et Christiani nominis vim^z contempnunt. Videant huiuscemodi^a homines bestie characterem admittentes, ne qui^b duplices esse maluerunt^c terre marisque pericula sub ecclesie reique publice turbatione^d subintrent. Inter templum^e et edem Zacharias^{f, 9} pontifex summus^g occiditur, pro quo necesse est, ut Petri vicarius sub filii tui persecutione prematur et simul^h cum Petro a facie Herodis¹⁰ effugiat vel raptus ad solii gloriam¹¹ protervos in virga ferrea

a) 'operatione' V. b) 'facta' B. c) 'simul' fehlt R. d) 'fecerunt' B. e) 'nec' B. f) 'potestatem' R. g) 'et pot.' fehlt R. h) 'cognoscitur' R. i) 'sarrac.' V (hier) R. k) 'hier.' B; 'ih'rl'm' R. l) 'vehementer' V. m) 'uenientis' B. n) 'hemanuhelis' B; 'emanuel' R. o) 'Ungule — et Apoc.' fehlt R. p) 'signatur' V; 'significant' korr. in 'signant' B. q) 'qua' B. r) 'conscende' B. s) 'In' fehlt B. t) 'dr. et st.' R. u) 'arena' V; 'har.' B. v) 'Ar. maris' fehlt B; 'q̄ (que)' setzt zu R. w) 'refunditur' B. x) 'signat q̄ (quod)' V. y) 'imp̄ii' R. z) 'vim' fehlt B. a) 'hi⁹' R. b) 'adm. neque' V. c) 'maluerint' B. d) 'perturbatione' R. e) 'enim' setzt zu R. f) 'zaternarias' B; 'zach.' VR. g) 'summ. pont.' R. h) 'si vel' B?

1) Apoc. 13, 2. R am Rande: 'XIII'. 2) Is. 49, 12: 'Ecce isti de longe venient'; 60, 4: 'filii tui de longe venient'. 3) Is. 8, 8: 'im-plens latitudinem terrae tuae, o Emmanuel'. 4) Is. 5, 28. 5) Jerem. 8, 23; cf. Is. 5, 30. 6) Apoc. 9, 11: 'habebant super se regem angelum abyssi'. 7) N. A. XV, 177; Salimbene f. 359^b, SS. XXXII, 360. 8) 12, 17. 18, wo aber 'Venit et' nicht steht. R am Rande: 'Apo. XII'. 9) Luc. 11, 51: 'Zachariae, qui periit inter altare et aedem'; Matth. 23, 35: 'Zachariae . . . , quem occidistis inter templum et altare'. Vgl. oben S. 148. 10) Act. 12, 6—9. 11) Apoc. 12, 5: 'raptus est filius eius ad Deum et ad thronum eius'.